



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 16. Cleri Gallicani Comitia in Galliis celebrata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

refringere haud posset, Valentiam re- Sæcul. XVI.  
versus est, ubi sui Conventus ad san- A.C. 1582.  
ctum Onuphrium prope urbem, ac post-  
ea in Valentiano Monasterio ejusdem  
Ordinis Prior electus fuit, atque ibi-  
dem sanctæ suæ vitæ finem imposuit:  
anno autem post Christum natum mil-  
lesimo sexcentesimo nono a Paulo V.  
Beatorum Catalogo insertus, ac publi-  
co de ejus festivitate Officio honoratus,  
demum anno Salvatoris nostri mille-  
simi sexcentesimo septuagesimo primo  
a Clemente X. Sanctorum fastis adscri-  
ptus est.

### §. XVI.

#### *Cleri Gallicani comitia in Galliis ce- lebrata.*

**A**nno sequenti millesimo quingentesi- *Thu. l. 75.*  
mo octogesimo secundo Cleri Galli- *Spond. hoc*  
cani Conventus celebrabatur in claustro *ann. n. 22.*  
Ecclesiæ ad Beatam Virginem Parisiis,  
ubi suas ædes habebat Reginaldus Bel-  
nensis Bituricensis Archiepiscopus,  
quem Arnoldus Pontacus Vasatensis  
Episcopus, necnon Claudius Angeneus  
Noviodunensis Comes, atque Antistes,  
& Barga Lugdunensis Archiepiscopi, &  
Vasconum Primatis Vicarius comita-  
bantur, præter secundi Ordinis Depu-  
tatos ex variis Provinciis: itaque hisce  
comitiis die vigesima octava Maji ini-

*Hist. Eccles. Tom. L.*

C tium

**Sæcul XVI.** tium dabatur, eo potissimum fine, ut  
A C 1582. Philippi Castellani, qui supremus præ-  
fati Cleri Quæstor erat, rationes ex-  
minarentur. Ceterum hujus Conven-  
tus Promotor erat Langladus, Luetus  
vero illius Secretarius: porro in iisdem  
comitis illud confirmabatur statutum,  
quo cautum, ne ullus tanquam Depu-  
tatus, nisi saltem sacris Ordinibus ini-  
tiatus esset, ad Cleri Comitia admitte-  
retur: hæc cum agerentur, Rex Bella-  
quei morabatur, ad quem Bituricensis  
Archiepiscopus unacum Vasatenſi, &  
Noviodunensi Episcopis fuerant able-  
gati, ut ſæpius interposita innovarent  
postulata, vi quorum Tridentinam Sy-  
nodum recipi, Ecclesiasticamque dis-  
ciplinam, & Electionum jura restaurari  
petebant.

### §. XVII.

#### *Bituricensis Archiepiscopi oratio ad Regem.*

**Ag. & mem.** *Hic idem Archiepiscopus, qua erat  
du Clerge an.  
1646 t. I. p.  
40.* facundia, & doctrina præditus, die  
decima septima Julii gravem orationem  
ad Regem habuit, qua præprimis fa-  
crum Ordinem Regi commendavit, &  
decessorum suorum exemplis eum ad  
pietatem hortatus est, ita perorans:  
„Tamdiu felices fuere Reges, quamdiu  
„in Deum pii, in Ecclesiam, & Eccle-  
„siae